



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Fabarium, in D. Churiensi Germanicè Pfeffers.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**

*Gundolfi villa in Dei nomine feliciter, Amen.*

*Fabarium, in D. Churiensi Germanicè Pfef-  
fers.*

734.

**F**undatum id legitur suasu S. Pirminij E-  
piscopi Meldensis, & Abbatis primi in  
Augia diuite, sumptibus *Caroli Martelli*, sub  
Theoderico II. Galliarum Rege, eodemque  
Alemanniæ, Rhetiæ, & Heluetiæ Domino  
anno Christi 734. Primus Abbas Fabariensis  
fuit dictus S. *Pirminius*, multorum cœnobi-  
orum pater atque instaurator. Sunt autem  
thermæ Fabarienses apud Germanos nobilif-  
simæ utpote saluberrimæ. Ita ferè *Bruchius*  
libro citato.

*Manseense monasterium, vulgò Mansee, in  
Austria.*

739.

**M**onasterium hoc *Vtilo Dux*, instinctu  
S. Pirminij, Episcopi Metensis, prope  
*Menen* lacum Noricorum construxit, circa  
annum 739. *Auentinus* in *Annalibus*: *Man-  
see Noricorum adem, ab Episcopis Ratisbonen-  
sibus in paupertatem redactam, D. Benedicti  
imposito magistro reddit Imperator Henricus  
sanctus. Idem Auentinus; Baturicus Episco-  
pus Ratisbonensis hoc monasterium ab Hemma  
Regina Boiorum impetrarat an. 831. Ipsa ab eo-  
dē superius monasterium Ratisbonense receperat.*

*Inser.*